



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinae, Sacr. Theologiae, Ac I. V. D. Vticensis  
Episcopi, Tractatus De Legitima Svmmi Pontificis  
electione, iuxta Summorum Pontificum, praesertim  
Gregorij XV. & Sanctiss. D. N. Urbani ...**

**Bonacina, Martino**

**Lvgdvni, 1637**

Ad D. Martini Bonacinæ De Morali Theologia, Tomos Tres, Paralipomena  
Posthvma.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10669**



AD D. MARTINI  
 BONACINÆ  
 DE MORALI  
 THEOLOGIA,

Tomos Tres,

*PARALIPOMENA POSTHVMA.*

Typographus, Lectori beneuolo.

**S** fuit omnium Docto-  
 rum mira consensio-  
 ne, & unanimes iudi-  
 cio, D. MARTINVS  
 BONACINA; ea scriptorum eius  
 moralium apud omnes approbatio, ut  
 S 2 dignum

dignum planè, iustumque sit, tam boni doni nullam particulam præterire. Itaque cum inter eius schedia, post tanti viri è viuis excessum, reperta essent nonnullæ appendiculæ ad certa loca manu Autoris appositæ; visum est, ne illis quidem, tametsi exiguis, fraudasse Lectorem; sed potiùs illud Christi consilium nobis propositum existimare; Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Nam est in his quoque fragmentis, & veluti micis è plenè apparato conuiuio residuis, edule quid, & reficiendo ingenio accommodatum. Vfus porro est Autor editione Lugdunensi anni 1629. in tres Tomos distributa; ad eamque pertinent numerales notæ paginarum, quibus hæ accessiones sunt inserendæ, ut in singulis annotabitur.

Quòd

Quòd si quem ea editio deficit, parum  
interest. Nam numeri disputationum,  
punctorum, & quibus puncta sub-  
secantur, singulis accessionibus ad-  
iuncti, prohibebunt aberratione, &  
ubi intexenda sint, absque mora in-  
dicabunt. Hoc te, LECTOR, mo-  
nitum debui, ac volui. VALE &  
FAVE.

S 3 ADDI